



9099
1777.6.
**AD
DECIS. SAXON. EL. XXIII.**

d. a. 1746.

DISSERTATIO

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

P R A E S I D E

D. HENRICO GODOFREDO BAVERO

SERENISS. ELECT. SAXON. A CONSILL.
PROVOCATT. RELL.

D. XXII. OCTOBR. A. C. MDCCCLXXVII.

IN AVDITORIO ICTORVM

T V E B I T V R

FRIDERICVS GVLIELMVS LINGKE

DRESdens.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA

982. (ca)

AD
DECIS SAXONI ET XXXII

4. 9. 1746

DISSERTATIO

QAVM

LEAVELTIS TOTOMA QUDINIS

CONCISA

ET ADEQUATA

DHIERICO GOBOTTIBRATA PRO

SERENIS ET ELEGIS SAXONI A QUDISITIS

1746.

22. XI. 1746. A. M. DECIMAS

IN AVHIDQDIO TOTOMA

TAVATIAR

LUDERICAS GABRIELIAE PINCKE

1746.

ET

ANAGNOSIS LAMPROS



I. N. D.

§. I.

Tantam esse vim confessionis ab aduersario factas, ut, modo non in facto errauerit, licet probetur iudicii nihil deberi, tamen compellendus sit reus, soluere, quod se debere confessus sit, idemque, si incertum sit, certum profiteri, denique, ut confessus iudicati similis habeatur, ex l. vn. C. de Confess. l. 1. 2. 3. 6. pr. et s. 1. 1. 7. D. eod. intelligimus. Quae quidem leges omnes confessionem loquuntur in iudicio factam; neque tamen minus obligare confessionem debiti extra iudiciale, modo eius probatio non deficiat per l. 26. §. 2. D. Depos. non est, quod dubitemus. Ut, quam alii huc requirunt, creditoris acceptationem, causam interferentes, ne confessio ex animo minus liberato descendat, V. MENCKEN ad Pandect. L. XLII. Tit. II. s. V. insuper habeam, nec distinguendum esse putem, ista confessio sua sponte facta, an praevia alterius petitione consecuta fuerit. Hoc enim si euenerit, quid opus acceptatione rei, quam tua petitione vel vindicaueris, vel condixeris, si illud, aduersariis confessioni stare teneatur, non quasi hac ipsa contraxerit obligationem, sed quia iure contractam agnouit, praesertim, si confessio obligacionis causam complectitur.

* 2

§. II.

IV

§. II.

Patitur haec regula exceptionem in iure romano, ut si quis pecuniam aliasue res ab altero se accepisse, earumque restitutionem se debere, scriptura sua confessus fuerit, isti chirographo, iure antiquo, intra quinquennium, Iustiniano, intra biennium fides non habeatur, ut potius, exceptione opposita, pecuniam non esse numeratam, datumque chirographum spe futurae numerationis, vel proposita eius rei querela, creditor aliis modis probare iubetur, se numerasse. Mitto hoc loco multis inquirere in quaestionem ab interpretibus agitatam, illud iuris beneficium, quod onus probandi numerationem, intra dictum tempus, debiti negatione in creditofem transfert, ad omnis generis debitores, an ad solos eos, qui mutuum se accepisse scriptura professi fuerint, pertineat. Pro illis LAVTERBACH. ad Tit. d. reb. credit. pro his DONELLVS ad Tit. C. de non num. pec. vt alios raseam. Malim tamen DONELLI sententiae subscribere, et si ob generalitatem verbi credere l. i. D. d. R. C. plurima capitula Tit. C. de non num. pec. facile contraria opinionem persuadere possunt. Quippe regula est, confessionem debiti esse eius probationem absolutam, quae si obtentu, factam esse spe, fore, ut debitum contrahatur, possit infringi, non solum omnem vim suam perderet, sed fidem etiam ex ciuitate fere omnem profligaret, ut nemo alterum haberet firmiter obligatum, nisi ex accidente testium asseueratione, vel iudicis auctoritate. Dein, qui mutuum accipere studet, dum alterius auxilio indigeret, temere ad mutuum futuri creditoris promissam pecuniam fert acceperit, quae facilitas in aliis, praeter mutuum, obligationibus non aequa metuenda est. Ut fori obseruantiae, quiae hoc iuris beneficium ad chirographum, spe promissae, mutui vel dotis causa, numerationis datum restringunt, comunitus de rei veritate adstipuler, quam praeterea commendat l. i.

IV

*l. 1. 7. 15. C. de non numer. pec. vt tamen nec alias res fungentes
biles praeter numimos excludam.*

§. III.

Dein nec in eo iuris interpretibus conuenit, biennii cursus onus probandi nominis veritatem solum creditori eximat, an simul id efficiat, vt ne debitor audiendus quidem sit, si contrarii se offerat probationi. Et quanquam suffragari Imperatoribus in *l. 10. d. tit. ac DONELLO* in eo non possum, vt probationem huius negotiuae, (praeter iuris iurandi delationem, quam exulare iubet *IVSTINIANVS* in *l. 13. §. 3. C. d. tit.*) tanquam omnino impossibilem, non cogitari posse putem; siquidem non video, quid probationi desit, qua per testes locupletes fides indici fiat, professum esse creditorem, quod Caius ex chirographo dicto tempore exhibito nihil acceperit; re ipsa tamen consentio, post biennium redire iuris regulam, quae, vti iudicatum, sic debiti confessionem sua natura excludere constituit contrarii probationem.

§. IV.

Totam rem Serenissimus Electoralis Saxoniae Legislator melius ad iuris rationem reuocauit, quandoquidem novissima Decisione XXIII exorbitans illud fideique publicae ac libertati naturali insensum priuilegium, quo nulla vis probandi intra biennium eorum testimonio tribuebatur, qui mutuum se accepisse erant confessi, plane sustulit, nulloque temporis admisso discriminé, debitoris chirographo quarentigia documenti vim, §pho 8va Append. Ordinat. Process. Recogn. datam, confirmavit, debitoris contra commodis in eo vberius constulit, dum antiqui iuris quinquennium in biennii vicem restituit, intra quod vel reconueniendo, vel conueniendo creditorem, vel excipiendo, debitori licear, haud factam numerationem mutui promissi, et a se in chirographo declarati, iurisiurandi delatione, testibus aliisque

quibus libet mediis probandi, perpetuam denique hanc exceptionem fecit, quarentigatis documentis suffultam. Quae et si in se plana sunt omnia et perspicua, varia tamen oculis meis obuersantur, quae in re praesenti in dubitationem facile possunt inducere, quae prout cogitanti succurrunt, hac mihi opportunitate oblata, singula si recensuero, existimau, operam non plane me perditurum esse.

§. V. ad remittendam legem

Accessi eorum sententiae, qui existimant, querelam et exceptionem nostram ad eam solam pecuniam pertinere, quam quis mutuam accepisse, spe futurae numerationis, fasilius fuerit. Igitur non inepte quaeritur, haec restitutio etiam ad nos pertineat, an liberior sit hodie quaerelae et exceptionis nostrae usus. Et quanquam vix obueniet, ut ex alia praeter mutuum causa, quis pecuniam quasi creditam se debere chirographo fateatur, cui repetendo non potius condicione sine causa, doli, in factum, aliove iuris remedio, quam nostro, opus esse videatur: Si forte obiciatur, existimo, locum esse querelae, quia probandi onus actori incumbit, adeoque in deterioriore condicione reus haud constituitur, quam si alia condicione peccatur, in cuius praeterea nomine inuestigando non admundum solliciti esse solent hodie iudices.

§. VL ad remittendam legem

Minus dubium est, nostram exceptionem concedi debere, qui non litteris, sed viua voce mutuam sibi promissam pecuniam creditam fuerit confessus, suaequa confessionis coniunctus. Modo distinguamus, confessionis probatio documento publico contineatur, an testibus vel iurisiurandi delatione efficiatur, ut, si horum alterutrum eueniat, defensioni per modum exceptionis sit locus, quam, quo minus in proposito exemplo perpetuam admittamus, quid impedit, non video, l. 10. C. d. non num. pec. praeser-

fertim, quod a doli in factum exceptione nominis tantum
sono perumque differt. Modo actor contractum debi-
tum in libello affirmet, non eius solum confessionis a reo
factae mentionem iniiciat. Ponamus enim, Titium acto-
rem in libello sic narrare: exhibito chirographo confessus
est Caius, mutuos a me accepisse centum aureos, adie-
citque promissionem solutionis praeterlapsō Michaelis festo
praestandae, perdiyi chirographam debitamque Caius sol-
lutionem recusat, et huic narrationi adiucere petitionem
condemnatoriae; Contra Caium ad haec, vera esse narra-
ta, sed nullam consequi obligationem, mutui dationem in
libello affirmatam non esse, nec potuisse affirmari, facta a
se promissione solutionis pecuniae, quam speraverit qui-
dem, sed non acceperit, nec obligari ad redditionem puta-
tiuum, sed verum debitorem. Meoque iudicio absolutio-
riam sententiam, ob libelli ineptitudinem nihil moratur,
quum viderimus, mutuum non effici confessione, sed pro-
bari. Probationemque nouimus facti affirmationem con-
sequi.

§. VII.

Sin actio instituta in documento publico nitatur, quo
fides debiti agnitionis fiat, nostro iure nemo ne somniabit
quidem, defensionem in pecunia haud numerata positam
per modum exceptionis, de qua non pariter aperte con-
stet, posse admitti, quam in Processu executivo ius no-
strum in genere respuit, adeoque potissimum in causis,
per documenta publica, in quibus ne debitoris quidem
opus agnitione, suffultis. Reconventioni vero, vel, si
malis, actioni separatae intra quinquennium dare locum
ex nostra lege non dubitamus, quippe circumuento, non
eius chirographo tribui juris beneficium persuasi l. 5. C. d.
n. num. pec. l. 38. D. d. O. et A. Dummodo futurae nume-
rationis spes causam dederit confessioni, non animus do-
nandi.

VIII

nandi. Si quidem considerare iubemur, quod agitur, non, quod simulatur, laesisque patrocinari, non, quos consilii sui in alterius iniuriam poenitet.

§. VIII.

Quinquennium nostra lege quodammodo restitutum continuum esse, adeoque ignorantia pariter, ac scienti currere, liquet. Non enim id egit Serenissimus Legislator, ut mutaret praescriptionis naturam, vt solum eius terminum dilataret. Hinc ficti debitoris heres sic in residuum tempus succedit, vt illud de momento in momentum currat, nisi minor sit. Tum enim secundum naturam aliarum temporalium certum est, nostrae praescriptionis cursum interrumpi, usque dum maiorem aeratem assequatur. Ex quo simul pater, si minor etiam heres moriatur, eius successori tantum tempus esse proficuum, quantum defuncti antecessori superfuerit.

§. IX.

Si non facta numeratio ex quarentigato documento claret, nemo negabit, actionem ad repetendum chirographum non minus perpetuam dari, atque Serenissimus Legislator exceptionem perpetuam diserte concessit. Pariterque per se liquet, remedia haec nostra lege per quinquennium indulta contra solum chirographum, non contra apocham patrocinari, quae, vt scimus omnes, elapsis triginta diebus *l. 14. §. 2. C. d. n. numer. pec. contrarii probationem,* modo exceperis, quae scripta debitoris confessione continetur, omnino respuit, vt tamen, si debitoris dolo effatum, vt creditor intra praescritum tempus iure suo haud vteretur, doli vel in factum actionem per *l. 1. §. 6. D. d. Dol. mal. concedendam putem.*



Leipzig, Diss., 1777 A-0

ULB Halle
004 568 583

3



sb:

f

Farbkarte #13

B.I.G.

Black	White	3/Color	Magenta	Red	Yellow	Cyan	Green	Blue
-------	-------	---------	---------	-----	--------	------	-------	------

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

AD XON. EL. XXIII.

a. 1746.

ERTATIO

QVAM
CTORVM ORDINIS
ONSENSV
ESIDE
DOFREDO BAVERO
T. SAXON. A CONSILL.
OCATT. RELL.

R. A. C. MDCCCLXXVII.

DARIO ICTORVM
EBITVR
WILIELMVS LINGKE
RESDENS.

PSIAE
A LANGENHEMIA